

14. **Masdevallia Mopsus** F. C. Lehmann et Kränzl., n. sp. — Caespites mediocres, modice densi. Caules ad 2,5 mm longi, cataphyllo uno altero satis amplio tunicati. Folia e basi canaliculata sensim dilatata, oblongo-lanceolata, obtusa, brevissime biapiculata, glaucescentia, ad 15 cm longa, 2 cm lata, textura satis coriacea. Scapi florales deflexi, tenuissimi, pluriarticulati, vaginulis 3 ad 4 tenerimis, hyalinis vestiti, ad 10 cm longi, quam folia igitur breviores, flores semper singuli, succedanei, 2 ad 4, bractea oblonga, acuta, ovarium aequans, circ. 1 ad 1,2 cm longa, hyalina, ovarium subbrevis, argute hexapterum, interstitia inter flores 1,5 ad 2 cm longa, inflorescentia igitur sub anthesi progrediente sensim elongata. Cupula sepalorum brevis, sepala lateralia basi fere rectangula, toto ambitu rectangula cum cauda brevi in angulo superiore, sepalm dorsale triangulum, in caudam aequilongam attenuatum, omnia intus dense papillosa, 1,3 cm longa, luteo-alba, dense fusco-brunneo-punctulata, caudae aequilongae, 5 mm longae, ut videtur fusco-purpureae. Petala ligulata, lutea, apice rotundata, bilobula, incrassata, quasi praeusta, in interna facie leviter excavata, papillosa (nectarifera?), 3 mm longa, 1 ad 1,2 mm lata. Labellum a latere visum sigmoideum, e basi satis lata ovatum, medio contractum, excavatum, obtusum, quasi in hypochilium et epichilium divisum, hypochilium profunde excavatum cum lamellis 2 pone marginem valde prominulis, in epichilium decurrentibus, 5 mm longum, luteum, fusco-maculatum. Gynostemium petalis aequilongum, apice pluridentatum. — Fl. Maio et Junio.

Ecuador. Epiphytisch in dichten, feuchten Wäldern auf der Cuesta de Amboca und um Pacayurú oberhalb Zaruma in 1200—1500 m ü. d. M. (F. C. Lehmann n. 7016!).

Die Art ähnelt im Habitus, der Größe und sogar der Färbung der *M. floribunda* Lindl., ist aber nichtsdestoweniger eine echte *Saccilabiata*.